

long, et partes nostras, prout possumus, obire. Schola sic satq̃ floret;
alii abeant, alii veniant. Spero vestram Academiam, post gravem
istum paroxysmum, Deo benedicente, brevi instauratū iri. Fecit
illa sine dubio magnam in Clarissimo p. m. Viro D. Rimodoneo
jacturam. Sed Deus, qui illum ad se evocavit alium substituit.
Quisnam ille sit futurus, sciam ex te, quæso, cum Tu scies. Vale
Reverende Vir et D. Heimanum, si adest, iterum D. Redem
et tuos Collegas amanter à me saluta. Steinfordi postridia.
Calend: Junij 1597.

295)

Reverendo et Clarissimo Viro D. Conrado Vorstio, S. Theologie
Doctori et Professore in illustri Schola Steinfortana.
Si mihi Reverende Frater, cum Nebridio aliquo res esset, qui, ut
ex Augustino nosti, videt oderat de questione magnā responsionem
breve: aliquid sanē subverendum mihi putarem in ista brevitate.
Sed de tarditate nihil dicam: responsio mei ad questionem gemi-
nam thesium tuarum, quas pergratas accepi, de Christo servatore,
et de predestinatione: magnam sanē utramq̃ adeo, ut ipse in
neutrā te tibi satisfecisse, non dissimules. Sed non metuo, ne simi-
liter mihi, ut solebat ille, succenseas. Es enim juvenutis Doctor,
laboribus multis occupatus, ut ego. Unde nec tibi facile vacat pro-
lixum aliquid legere, nec mihi scribere. Loquor enim nunc de
Augustino. Respondebo autem, ut quantum amplitudo argumen-
ti feret, breviter, ita candidē, quod à me compingis petis.
Questio prior: An Christus debuerit et potuerit deo pro nostris
peccatis satisfacere, et sic nobis salutem promereri? cum sit
de principis summo fidei Christiana, apud Orthodoxos, quod sciam,
hactenus in disputatione non fuit, sed affirmativè ex scripturis sa-
nis simplicissimè est credita. Alioqui enim, quorsum peccatoribus
perditis servatore. Christus fuisset opus? Scio Calvinum eam attin-
gere, sed paucis et lentum prodegitur, quatenus merito Christi
gratiam non eventū ostendere necesse fuit. Hoc igitur verò ille blasphe-
my in libro, quem nominas, impudenter negat, et hoc quasi funda-
mentum, ut scis, heresi suæ substernit. Maluissent ergo aliqui
nostrum, questionem tam periculosam publicè abs te non esse
motam, quæ sophisticis ingeniis occasio terroris esse posset. Velle
ego pro fa-

ego praefatiunculā saltem quadam occasionem et scopum dispu-
tationis tuae lectoribus esse expositum. Thesi vero V. prioris par-
tis, pro, non eadem est omnium sententia, potius dixissem. Etsi
ab hereticis in questionem vocatur, tamen Scriptura sacra
et Ecclesia orthodoxa hoc est constans doctrina etc. vel simi-
le quid. Pro nonnulli dixissem heretici. Ita palam scis, dispu-
tationem tuam pro tuendo salutis fundamento adversus here-
ticos non temere motam fuisse. Sic thesi XVI. pro, modi sen-
tentiam posuissim; modi equipollentes ostendamus et sententiam.
ne nimium hereticis largiamur. Quid enim dare se λύποι,
αὐτὸ λύποι pro peccato aliud est, quam pro peccato satisfacere?
Talia autem nosti in Scriptura esse innumera. Parte posteriore
ἀναγκαστικῇ minus operose proposita mallem sophismata ad-
versarii. Solutiones contra alibi pleniores esse. Sunt non pauca
objectis inserta, quae nescio, an ex responsis satis expediri possint,
ita ut nullus hereat: tamen non dubitem, in cursu disputa-
tionis pro acutissimo ingenio tuo abs te omnia solidius discussa
esse. Mihi tamen in coeteris omnibus satisfecisti abunde, uno
et primario sophismate excepto, ubi nescio an non nimium
largiaris adversario, fatendo, justitiam, quae punitionem
peccati requirit, non esse Deo naturalem, sed esse merum li-
berae voluntatis effectum, quod Deus possit velle et non velle.
De modo exercenda illius justitiae id quidem controversia vacat.
Potest enim Deus eam, quomodo vult, exercere, et peccatum
sic vel sic, hodie vel cras punire. Posse autem Deum velle
peccatum, omnino non punire, hoc est, non aversari, non
destruere, cum constet peccatum esse, quoddam offendens, la-
dens, destruens, Dei naturam. De hoc valde cogor dubitare et
videor mihi rationibus induci minime levibus, ut statuem, ju-
stitiam aversionis et punitionis peccati Deo non minus
esse naturalem, quam igni est suus calor, pellens frigus, et quicquid
natura ignis est inimicam.
1. Primo constat, Deo non tantum liberam voluntatem, sed naturam
inesse, justitiam particularem distributivam, quae cuiusque suum
redit, non minus quam universalem, quae absolute perfectus est.
At illius pars est haec, de qua quaeritur.
2. Deinde voluntatem aversantem et vindicantem peccata Deo esse

- naturalem, nemo dubitat. Justitia autem averſans et punitionem peccati requirens, quid est niſi illa juſtiſſima Dei voluntas?
3. Præterea veritas et conſtantia dictorum eſt Deo naturalis. Hæc autem eſt illa ipſa juſtitia & natura Dei poſtulat peccatum puniri, poſtquam dixit: morte morieris. Immo omnis averſatio deſpectus et deſtructio contrarii eſt naturalis, hinc vermiculus naturale ſui leſionem fugere vel ulciſci. Quanto magis hoc fert natura Dei, cujus horrenda leſio eſt peccatum?
4. Porro ſi hæc juſtitia eſt libera voluntatis, poterit Deus non eſſe juſtus, non adverſari malum, ſicut liberâ voluntate, poſuit creare mundum, poteſt eras non dare pluvias. At illud ſane non poteſt, quam non eſſe bonus. Ratio eſt, quia non poteſt ſeipſum negare, hoc eſt, deſtruere. 2. Tim. 2. Negaret verò ſeipſum ſi peccatum, rem natura ſua inimiciſſimam, non averſari hoc eſt, non punire vellet, aut velle poſſit. Nam averſari ſeu abjicere Dei, eſt punire. Ideo pœna peccati nihil eſt aliud quam creatura propter peccatum averſatio et abjectio à Deo. Omnium enim conſenſu ad deſcriptionem naturæ Dei pertinet, quod ſit zelotes, irascens peccatis, eaq. vindicans. Accedunt innumera ſcripturæ ſacre teſtimonia idem compro- bantia, quod Deus oderit peccatum, quod abominetur impium, et eos, qui ipſum abſolvant Exod. XXIII. 7. et XXXIV. 7. et 1. Reg. VIII. 32. Prov. XVII. 15. Ps. XLV. Ps. V. 5. 6. 7. ubi Calvinus expreſſe ſic ait; Prophetam à naturâ Dei ratiocinari, et optimam eſſe conſequentiam. Deo exosa eſt iniquitas & de omnibus iniquis juſtam ultionem ſumet 2. Theſſ. 1.
5. Denique ſi Deus poteſt velle non deſectari, non punire peccatum ſane videbitur ſtare hypotheſis adverſarii: Nullâ ſatisfactio- ne fuiſſe opus pro noſtris peccatis, proinde nec merito Chriſti. Rurſus: ex hypotheſi comminationis neceſſariam fuiſſe, à tuâ ſententiâ ad me revolveris. Nam hæc ipſa hypotheſis à ve- ritate, hoc eſt, à naturâ Dei pendet.
- Obiter addo de peccato Diabolorum, quod Deus non poſuit non ulciſci: non ſane ex hypotheſi talis comminationis ſ: de nullâ enim conſtat: ſed ex natura ſua horribiliter averſante peccatum. Hæc autem natura Dei, quid eſt niſi juſtitia Dei puniens. Quare ex his omnibus confici videtur, juſtitiam hæc Deo naturalem eſſe: Ad primum igitur ſophiſma diluendum non ſolum diſtinctione Ma- joris, quâ tu uteris, ſed et negatione Minoris opus erit. Sic enim multo elidetur fortius.

6. Porro hac justitia avergens et puniens peccatum ut deo est naturalis per se: ita est liberrima ratione executionis seu modi, quo deus eam exercet, vel stricto, ut adversus diabolorum peccatum, vel misericordia temperato, ut adversus peccatum hominum, praesertim electorum. Quae misericordia: ut obiter hoc inferam: cum in deo nihil sit aliud, quam propensa voluntas servandi suum opus, hoc est, suam creaturam; ipsa quoque deo est naturalis per se, quod scriptura omnium consensu testatur, et effecta eius sint liberrima voluntatis, sicut dicitur: *Miseretur quorum vult*. Nec debet concedi, quod sit contraria justitia, tametsi effecta earum videantur esse contraria, nisi contrariantes proprietates deo affingere velimus. Sed nec effecta earum sunt proprie contraria. Nam misericordia servat opus suum, h. e. creaturam. justitia destruit opus alienum, hoc est peccatum. Ex his porro est consequens, deum tam non posse peccatum remittere, h. e. peccatum non avergari, et destruere, absque omni satisfactione, quam non potest se ipsum negare. ut igitur homo peccator servaretur, non tantum ex hypothesi, sed propter naturam dei satisfactione hoc est, poenam pro hominis peccato opus fuit: et haec satisfactio necessitas omnino ab essentiali justitia dei dependet. Quod vero ad satisfactionem Christi attinet, vides esse modum, quem divina sapientia exercenda justitia simul et misericordia invenit; et cujus sane necessitas non jam in ipsa dei natura, sed in libero, eoque immutabili decreto dei recte constituitur. Habes de prioris questione, quid sentiam, à quo facile intelliges, neque Calvinum, vel Musculum, vel Fanchium, neque etiam Thomam dissentire. Nam quod ad illos, afflexi loca, nec aliud inveni, quam merito dei beneplacito, decreto, gratia, amore Christum nobis datum servatorem, pro nobis satisfecisse. Non igitur satisfactionem absolute, sed satisfactionem Christi à libero dei decreto suspendant; Aliud vero est satisfactio, aliud satisfactio Christi. Thomas quaestio est, utrum fuerit alius modus possibilis liberationis humanae quam per mortem Christi? Affirmat absolute loquendo, possibile fuisse,

tametsi si ut sequente questione ostendit: nullus alius fuerit con-
venientior modus. Assentior omnino. Quis enim novit vias
domini? Etsi autem ad dubium tertium videtur dicere, satis-
factionem absolute pendere à voluntate divina, et Deum, si
voluisset, absque omni satisfactione hominem liberare, potuisse:
tamen id neque fuit in eius questione, neque ad tertij dubij solu-
tionem facit: immo si recte conseras, per ipsum dubium
evertitur, quod ex loco apostoli ductum est, Deus negare se
non potest. Petis igitur principium, dicendo: Deum si voluisset.
Invenitur enim, an Deus velit, et an possit velle negare suam
Justitiam, hoc est, seipsam.

Quod dicit, paulo aliter, quam vulgo fit, tradi oportere doctri-
nam de merito et satisfactione Christi, non satis intelligo, nec
puto in Catechesi nostra hic aliquid desiderari. Nullam autem
meriti et satisfactionis mentionem totidem syllabis fieri in
scriptura, verum quidem est; sed non desunt phrasae, evidenter
equipollentes, quas ipse priora parte thesaurum magno numero
recitasti, et Calvinus 1.2. instit. cap. 17. §. 3. 4. 5. prolixè ostendit.
Has igitur teneamus, nec à sophistis sinamus eludi.

Doctrinam de predestinatione iudico eruditè et perspicuè the-
sibus tuis alteris explicari. Saltem §. 40. scis aliquid latere.
scrupuli. Reprobationem à gratia, vero Dei arbitrio factam
inter orthodoxos constat. Quis enim te discevit, inquit Sauri?
misceatur, quorum vult. Reprobos verò destinatos esse exitus
et poenae merà Dei voluntate, absque peccati respectu, etsi scio,
à quibusdam defendi, ego tamen defendere non possum. Vides
rationes tuas, sed illa vel de voluntaria tantum reprobatione
à gratia concludunt, ut duae priorae: vel causam interitus
proximam peccatum includunt, ut tertia: quod textum apostoli
propius influentibus facile apparet, neque difficulter ostenderem
nisi prolixitatem vererem. Habet hec absolutum jus in creatu-
ras, sed pro sua bonitate eo non vult uti ad eorum destructi-
onem citra earum culpam. Hanc igitur immutabilem justitiae
suae regulam promulgavit, ex qua de se et de suo illo jure à no-
bis vult judicari. Anima enim, quae peccaverit, ea morietur.
Non ergo

363
Non ergo quemquam morte punit vel damnat, nisi propter culpam.
immo poena non habet locum, ubi nulla est culpa. Quare non de-
crevit quemquam damnare, nisi propter culpam: quia projecit
verbum Jehovah, ideo projecit te Jehovah; dicit Samael. Hic
non licet aliam causam subternere decreto, aliam executio-
ni. Sicut enim deus ab eterno decrevit exsequi, ita exsequitur,
et contra. Latere igitur hic me sequi praeceptorum meorum
Mosis, Zachariae, moderatam, tuorum ipsius iudicio tolerabilem
sententiam, congruentem cum perpetua regula legis divinae,
et nihil habentem incommodi; commodissime. verò retan-
dentem omnes adversariorum et rationis humana argu-
tias, à quibus contraria sententia non video, quomodo satis se
possit vindicare, si deus infinita hominum nulla ad eter-
nam damnationem et poenam destinasse dicatur, nullo
eorum peccato offensus aut motus. Nec deest nec sine idonea
causa recedere à doctrinā nostrarum Eclesiarum, quam
communi consensu anno LXXXI. libro concordiae opposuerunt
his verbis: Depravant nostram doctrinam, cum fingunt nos
docere, Deum sine respectu peccati: nudā et absolutā suā vo-
luntate, et decreto aliquos ad damnationem ordinasse. Nos
verò cum Apostolo docemus, Deum in damnatione reprobo-
rum velle suam justitiam declarare: non igitur quemquam
damnationi addixisse, nisi propter peccatum, et quae ibi sequuntur.
Atque haec sunt, quae ad quaestiones tuas sanè magnas respondere
vix potui, si non minus breviter, at multo tamen brevius
quam earum merebatur gravitas. Tu cogita haec ne sint forte,
in quibus te tibi fateris non satisfecisse. Non credis tamen, quam
solam, nostris Ecclesiis innotuissimam sententiam, in causā hāc
reprobationis affirmativam, quam vocas, nondum planè conve-
nire. Quārim omnes hūc proprius cum Apostolo et inter se
conferre rationes et sententias, ne tandem adversarii etiam
hanc rationem arripiant. Academia nostra, quamvis huius
periculo nondum liberata, non tam discentes videntur desse.

tametsi sicut ut sequente questione ostendit: nullus alius fuerit con-
venientior modus. Assentior omnino. Quis enim novit vias
domini? Etsi autem ad dubium tertium videtur dicere, satis-
factionem absolute pendere à voluntate divina, et Deum, si
voluisset, absque omni satisfactione hominem liberare, potuisse:
tamen id neque fuit in ejus questione, neque ad tertij dubij solu-
tionem facit: immo si recte consideras, per ipsum dubium
evertitur, quod ex loco apostoli ductum est: Deus negare se
non potest. Petit igitur principium, dicendo: Deum si voluisset.
Queritur enim, an Deus velit, et an possit velle negare suam
justitiam, hoc est, scriptam.

Quod dicit, paulo aliter, quam vulgo fit, tradi oportere doctri-
nam de merito et satisfactione Christi, non satis intelligo, nec
puto in Catechesi nostra hic aliquid desiderari. Nullam autem
meriti et satisfactionis mentionem totidem syllabis fieri in
scriptura, verum quidem est: sed non desunt phrases, evidenter
equipollentes, quas ipse priore parte thesauri magno numero
recitasti, et Calvinus l. 2. instit. cap. 17. §. 3. 4. 5. prolixè ostendit.
Has igitur teneamus, nec à sophistis sinamus eludi.

Doctrinam de predestinatione, iudico eruditè et perspicuè the-
sibus tuis alteris explicari. Saltem §. 40. scis aliquid latere
scrupuli. Reprobationem à gratia, vero dei arbitrio factam
inter orthodoxos constat. Quis enim te discrevit, inquit Augustinus,
nisi preter, quorum vult. Reprobos verò destinatos esse exitis
et poenæ merita dei voluntate, absque peccati respectu, etsi scis,
à quibusdam defendi, ego tamen defendere non possum. Vides
rationes tuas, sed illa vel de voluntaria tantum reprobatione
à gratia concludunt, ut de prioribus: vel causam interitum
proximam peccatum includunt, ut tertia: quod textum apostoli
propius influentibus facile apparet, neque difficulter ostenderem
nisi prolixitatem vererer. Habet hec absolutum jus in creatu-
ras: sed pro sua bonitate, eo non vult uti ad eorum destructi-
onem citra earum culpam. Hanc igitur immutabilem justitiam
sua regulam promulgavit, ex qua de se et de suo illo jure à no-
bis vult judicari. Anima enim, quæ peccaverit, ea morietur.
Non ergo

363
Non ergo quemquam morte punit vel damnat, nisi propter culpam.
immo poena non habet locum, ubi nulla est culpa. Quare non de-
crevit quemquam damnare, nisi propter culpam: quia proiecit
verbum Jehovae, ideo proiecit te Jehovah; sicut Samaël. Hic
non licet aliam causam subternere decreto, aliam executio-
ni. Sicut enim Deus ab aeterno decrevit exsequi, ita exsequitur,
et contra. Satis igitur hic me sequi Præceptorum meorum
Ursini, Zanchij, moderatam, tuorum ipsius judicio tolerabilem
sententiam, congruentem cum perpetua regula legis divinae,
et nihil habentem incommodi; commodissime. vero retun-
sentem omnes adversariorum et rationis humana argu-
tias, à quibus contraria sententia non video, quomodo satis se
possit vindicare, si Deus infinita hominum millia ad aet-
ernam damnationem et poenam destinasse dicatur, nullo
eorum peccato offensus aut motus. Nec deest nec sine idonea
causa recedere à doctrinā nostrarum Eclesiarum, quam
communi consensu anno MDLXXI. libro concordia opposuerunt
his verbis: Depravant nostram doctrinam, cum fingunt nos
docere, Deum sine respectu peccati: nudā et absolutā suā vo-
luntate, et decreto aliquos ad damnationem ordinasse. Nos
verò cum Apostolo docemus, Deum in damnatione reprobo-
rum velle suam justitiam declarare: non igitur quemquam
damnationi addixisse, nisi propter peccatum, et quae ibi sequuntur.
Atque haec sunt, quae ad quaestiones tuas sanè magnas respondere
nunc potui, si non minus breviter, at multo tamen brevius,
quam earum merebatur gravitas. Tu cogita haec ne sint forte,
in quibus te tibi fateris non satisfecisse. Non credis tamen, quam
solam, nostris Eclesiis quovisq; sentientibus, in causā hāc
reprobationis affirmativa, quam vocas, nondum planè conve-
nire. Quārim omnes hic proprijs cum Apostolo et inter se
conferre rationes et sententias, ne tandem adversarii etiam
hanc rationem arripiant. Academia nostra, quamvis huius
periculo nondum liberata, non tam discentes videntur desse.

quam docentes. Nulla facultatum superiorum est integra. De suc-
cessore D. Kimedoneii, amici mei, consilia haec in aula agi-
tata sunt, et ajunt Jurium ex Batavia revocari: Sed praevidetur
majoris alicujus mutationis semina jacta esse: quanto Aca-
demia bono, dies docebit. Nolim ego implicari. His diebus Aca-
demici rescriptum aulae acceperunt de sacis revocando ad Pro-
fessionem Codicis. Medicum solum h. Inetium, nunc Lectorem
habent. Gravio Ambergae absente, cum aula et vacante loco
Obispoei defuncti. Ambergae ut hoc addam, pridie Calend. Sept.
duo Mentores Ubiquitarij, Schopperus et Codomanus propter
tribunitias conciones et varias contumelias in Principem laesum
moti, et sitione cedere jussi sunt. Vale. Saluta ex me tuis
Collegas, amplexibus M. Timplerum. Salutant Te. D. Bedag,
et Collegae mei M. Kreij et M. Keckermannus. Heidelbergae
X. Septembrij Anno Domini 1597.

296)

Reverendo et Clarissimo viro

D. Davidi Pareo D. Theologiae Doctori
et illustris Collegii Sapientiae Autisiti
et Consiliario Archiepiscopali

S. P. Clarissime D. D. amice observande. Cum ex man-
dato illustrissimi aeterni Principis prospiciendum
sit secundo loco in Theologica Facultate vacanti:
et vero conveniat ut nobis de voluntate eorum con-
stet, quos nominare volumus: rogamus, ut significes, an
tibi gratum sit futurum, si te cum alio quodam, juxta
leges Academiae ad locum illum vacantem nominemus.
Quod si nobis de tua voluntate constiterit, poterimus cum collegis
nostris absentibus amplius de hoc negotio conferre. Vale optime,
et quam primum fieri potest mentem tuam nobis aperire: et habebis
nos ad humanitatis officia tibi praestanda promptos et paratos.
Die 14 Febr. Anno 1597.

T. Henricus Inetius
prorector

Clarissimo viro